

Capitulo Tugio Bremgartensi hactenus iuris et consuetudinis fuisse, ut si sacerdos sive Capitularis beneficiatus sive inbeneficiatus vita defunctus, pro iure decanae egressu Capituli duo floreni sint soluti, simulque pro regali maxime praecipuus auctor sive liber cuilibet Decano pro iure suo decanali fuerit datus, cum vero haeredes nuperrime defuncti Domini [Johann] Conradi M o s s e n Parochi in Cham, nescio, quo iure, dictum regale mihi denegare soleant, imaginantes sibi forsitan, se forsitan 5 imperialibus sive Thaleris, quos ego in die depositionis iuxta meam opinionem pro obsignatione et habita concione funebri accepi etiam pro dicto Jure simul satisfacisse, quos tam libentius restituere, quam ius decanale violare volo<sup>2</sup>; Jdcirco Reverendissimam Paternitatem ... rogare volui, ut dicta iura Capituli per Consuetudines a nulla hominum memoria introducta sua auctoritate manutenere, et praefatos haeredes pro iure et iustitia eo disponere dignetur, ut non modo pro iuribus Capituli, verum etiam pro obsignatione et concione funebri mihi satisfactio fiat, quod aequum et dignum erit."

1) 

2) Ueber die letzten 2 Worte geschrieben "taliter restitui"

---

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 45/65 - AH 45, 122<sup>V</sup>

67

[1686 n. Januar 4.]

A

SCHREIBEN [DES DEKANS VON ZUG?, JOHANN JAKOB SCHMID AN DAS BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHE OFFIZIALAT]

---

"Cum nuperrime defunctus Reverendus Dominus [Johann] Conradus M o o s s Parochus in Cham Reverendissimo Domino fiscali [des Bistums Konstanz?] adhuc multam pecuniariam ob octo duggatis debeat, eius autem haeredes, etiamsi ab eis exegerim, prorsus nihil solvere cogitent, Jdcirco Reverendissima amplitudo Vestra dignetur, per mandatum expressum illis iniungere, ut quantocius praefata multa pecuniaria solvatur hicque fisco satisfaciatur."

---

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 45/65 - AH 45, 123<sup>R</sup>